



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 79. Comitia a Cæsare Augustæ celebrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

barus, & ultro ab injuria abstinuit, eo-
 que abeunte Sacerdos flexis genibus
 minimas etiam particulas, quas reperi-
 re poterat, sedulo collegit: Ecclesia ve-
 ro Divi Petri penitus fuit diruta, nec
 non cetera omnia templa solo æquata
 fuere, excepta Sancti Dominici Eccle-
 sia, quam Turcæ suis ritibus initiaban-
 tur: insuper abrogato Chienfi Senatu om-
 nem auctoritatem in quemdam Judi-
 cem Turcicum transferebant, ac post-
 ea ex Justiniani familia unum, aliosque
 viginti pueros, circiter decennes ex a-
 lacrioribus, & magis vividis Constan-
 tinopolim abduxerunt, atque inter So-
 limanni ephebos enutriendos retinue-
 runt, & vi circumciderunt, nullus tamen
 eorum in tenera illa ætate induci po-
 tuit ad fidem abnegandam: unde vir-
 gis dirissime cæsi, pene omnes tormen-
 torum vi interierunt. Denique ipsius
 Præsidis, ac duodecim Senatorum fa-
 miliæ cum aliis primariis Constantino-
 polim quinque navigiis mittebantur &
 inde in varias regiones deportabantur.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1566.

§. LXXIX.

*Comitia a Cæsare Augustæ
 celebrata.*

Imperator hisce Turcarum progressi-
 bus perterritus die vigesima sexta
 Martii ordinum Imperii comitia Augu-
 stæ

*Thu. l. c.
 Heiff. hist. de
 l'Emp. t. 1. p.
 416. & suiv.*

Sæcul. XVI. A.C. 1566. stæ celebranda indicit, ubi ad propul-
sandos communis hostis impetus con-
sultaretur: ideo etiam illinc ablegabat
 Pius V. Cardinalem Commendonum,
 cui disertis verbis injunctum, ut is, si
 Religionis negotium in comitiis discu-
 teretur, Pontificis nomine publice re-
 clamaret, & Pontificem in cunctos, qui
 aderant, tam sæculares, quam ecclesia-
 sticos Principes divinæ censuræ gla-
 dium districturum intermineretur,
 in Cæsarem in primis, quem & imperio,
 ac regnis, & ditionibus, successionibus,
 & juribus, quæ in Hispaniæ regnis ei
 eompetebant, privaturus esset.

§. LXXX.

*Commendonus Cardinalis ad comitia
 Augustana delatus.*

*Gratiani in
 vita Com-
 mend. l. 3. c. 2.*

Postquam Commendonus Augustam
 pervenerat, mox ab Othone Truch-
 sesio Episcopo Augustano rubrum gale-
 rum ei a Papa submissum recepit. Ce-
 lebrabatur hæc solemnitas sub sacro,
 cui Bavarix Dux, ejusque conjux Du-
 cissa, necnon plures alii Proceres intere-
 rant. Postea Legatus exploratis Prin-
 cipum animis, quamvis Pontificis jussa
 juxta opinionem suam nimis severa exe-
 qui haud intenderet, quoddam tamen
 medium invenire statuit, cujus benefi-
 cio Religionis negotia in comitiis dis-
 cuti